

Psalmus LVII

laudāt deū: videtes ipam speciē veritatis: sine vlla caligine visionis: sine interpolatiōe aliqua falsitat̄: videt: diligūt: laudāt: nō fatigant. Ibi veritas: hic aūt in nostra miseria vtiq; miscōia. Misero em̄ p̄bē da est miscōia: Nō em̄ opus est miscōia sursum: vbi nullus est miser. Hoc ꝓpterea dixi: qz videt cōgruē/tius dici potuisse: Magnificata est vsq; ad cēlos ve/ritas tua: t vsq; ad nubes miscōia tua. Nubes em̄ intelligim⁹ p̄dicatores veritatis. Homies em̄ poz/tātes istā carnē caliginosam q̄dammodo: s vū de⁹ t cozuscat miraculis: t tonat p̄ceptis: t ipi sūt illę nu/bes de q̄bus dicit esaias ex psona dñi: increpās q̄n/
Isa.5. dam vineā malā: sterilē: spinosam: Mandabo nubi bus meis: ne pluāt sup eā imbr̄: id est mādabo apo stolis meis vt deserāt iudeos: t nō illis euāgelizent: sed euāgelizent in terra bona gentiū: vnde nō spine: sed vuę ꝓcedāt. Nouim⁹ ergo nubes dei esse p̄di/catores Xpi t̄: ꝓphetas: apostolos: oēs recte ꝓ/ferētes verbū veritatis: t habētes in se lumē occul/tum: sicut habēt nubes vnde cozuscāt. Homies er/go nubes. Quid sibi ita q̄ vult: dñe: qz magnificata est vsq; ad cēlos miscōia tua: t vsq; ad nubes veri/tas tua: Veritas p̄pollet in angelis: s dediſti illam et homib⁹ t deduxisti illā vsq; ad nubes. Sursum miscōia videtur angeli nō indigere: sed qz homib⁹ miseris tu misereris: t p̄bēdo illis miscōiam cōmu/nicatiōe resurrectiōis angelos facis: vsq; ad cēlos ē miscōia tua. Gloria dño deo nostro: t misericordię ipius: t veritati ipius: qz nec deseruit nos miscōia facere beatos p gratiā suā: nec fraudauit nos verita/
te: quia p̄mo veritas carne coopta venit ad nos: et
73. sanauit p carnē suā oculū interiozē cordis nr̄i: vt eā postea facie ad faciē videre possem⁹. Agētes ergo il li gratias: dicam⁹ cū psalmo ipo vltimos versus q̄s iamdudū etiā dixi: Exaltare sup cēlos de⁹: t sup oēm terrā gloria tua. Hoc em̄ ei dixit ꝓ/pheta ante tot ānos: hoc mō videm⁹ nos: Hoc ergo dicamus t nos.

Explicit Tractatus de p̄s. LVI.

Incipit Tractatus de p̄s. LVII.

V Or quā cātauim⁹ audiēda nobis magn̄ est: q̄ clamāda. Oīibus em̄ tanq̄ in contione generis humani veritas clamat:

ſ J vere vtiq; iusticiā loquimini: recta iudicate filij hominū. Cui em̄ ini/q̄ nōdū facile est loqui iusticiā: Aut quis de iusticia interrogat⁹: qñ nō habet causam: non facile respōdeat quid sit iustū: Q̄ liquidē manu fozmato/ris nostri: in ipis cordibus nostris veritas scripsit:
7. Quod tibi nō vis fieri: ne facias alteri: Hoc t ante/
11. q̄ lex dar̄ nemo ignorare p̄missus est: vt esset vn/de iudicarētur: t quib⁹ lex nō esset data. Sed ne sibi homies aliquid defuisse q̄rerētur: scriptū est t in ta bulis q̄d in cordib⁹ nō legebāt. Nō em̄ t scriptū nō habebāt: sed legere nolebāt. Oppositū est oculis eo/rum q̄d in cōscientia videre cogerētur: t quasi foziu/secus admota voce dei: ad interioza sua hō compul
1. sus est: dicēte scriptura: In cogitatiōib⁹ em̄ impi: interrogatio erit. Ubi interrogatio: ibi lex. Sed qz homies apertētes ea q̄ fozis sunt: etiā a seipsis exu/les facti sunt. Data est etiā cōscripta lex: nō qz i cor/dibus scripta nō erat: sed qz tu fugitiu⁹ eras cordis tui: Ab illo qui vbiq; est cōprehēderis: t ad te ipm intro reuocaris. Propterea scripta lex quid clamat eis qui deseruerūt legē scriptā in cordib⁹ suis: Re/ Esa.46.
dite p̄uaricatores ad cor. Quis em̄ te docuit: nolle accedi ab altero ad vxorem tuam: Quis te docu/
it nolle tibi furtū fieri: Quis te docuit: nolle iniuriā Deut.5.
pati: et quicq̄d aliud vel vniuersaliter vel particula/riter dici pōt: Multa em̄ sūt: de quib⁹ singulis in/rogati homies: clara voce respōdeant: nolle se pati. Ag̃: si nō vis pati ista: Nūq̄d sol⁹ es hō: Mone in societate viuis gener̄ hūani: Qui tecū fac⁹ ē: soci⁹ tu⁹ ē: t oēs facti ad imaginē dei: nisi trenis cupidita Gen.1.
tib⁹ cōterant: qō ille fozmauit. Qō ergo tibi nō vis fieri: noli alteri facere. Judicas em̄ malū esse in eo qō pati nō vis: t hoc te cogit nosse lex intima: in ip/so tuo corde cōscripta. Faciebas t clamabat̄ inter manus tuas. Quō cogeris redire ad cor tuū: cum p̄ pateris inter manus alienas: Furtū bonū ē: Nō. Deut.5.
Interrogo: Adulteriū bonū est: Et oēs clamant: Nō. Homicidiū bonū est: Oēs clamāt terrestari se. Cōcupiscere rem ꝓximi bonū est: Nō: vox oīm ē. Aut si adhuc nō ꝓfiteris: accedit qui ꝓcupiscat rem tuā: Placeat tibi: t respōde qō vis. Oēs q̄ de his reb⁹ interrogati: clamāt hęc bona non esse. Rursus de beneficijs nō solū de nō nocēdo: verūetiā de nō p̄stādo atq; tribuēdo. Interrogat̄ oīm aīa esuriēs: famem patet̄: Alī⁹ habet panē: et redūdat et vltra sufficiētiā: Nouit te egere: nō dat: Displicet tibi esu rienti: displiceat t saciato: cū alter̄ esurire cognoue/ris. Peregrin⁹ tecto indigens venit in patriā tuam: nō suscipit̄ ille: Tūc clamat ihumanā esse illā ciuita tem: facile apud barbaros sibi esse potuisse refugi/um. Sentit iniquitatē: qz patit: tu forte non sentis. Sed oportet vt t te cogites pegrinū: t videas quō tibi possit displicere qui tibi nō p̄stiterit: qō tu in pa tria tua nō vis pegrino p̄stare. Interrogo oēs: ve/ra sunt hęc: Uera. Justa sunt hęc: Justa. Sed psal mū audite: Si vere ergo iusticiā loq̄mini: recta iudi cate filij hoīm. Nō sit iusticia labioꝝ: s et factoꝝ. Si em̄ aliter agis q̄ loq̄ris: bona loqueris: et mala iudicas. Si em̄ agis: quō iudicas: Interrogat⁹ q̄d sit melius: aurū an fides: nō vsq;adeo puersus t deus es ab oīni veritate: vt auz mel⁹ eē respōdeas. Pz ponis ergo interrogat⁹ auro fidem. Locut⁹ es iusticia am: audisti psalmū: Si vere ergo iusticiā loq̄mini: recta iudicate filij hoīm. Et vbi ꝓbabo nō te ita vt locut⁹ es iudicare: Jam teneo respōsionē tuā: p̄po/nentē auro fidē. Ecce nescio vnde amic⁹ venit: t nul lo teste aurū cōmēdauit. Solus hoc nouit: t tu q̄n/tum ad homies attinet. Est ibi alius testis q̄ nō vi/detur t videt: t ille tibi auz in secreto et in cubiculo tuo: forte remotis oibus arbitris cōmendauit. Te/stis est q̄ adest: nō in cubiculo adest parietū: sed ī cu bilib⁹ ꝓscientiarū vrarū. Cōmēdauit ille atq; discess sit: Nulli suoꝝ notū fec̄: rediturū se sperās: t ab ami co qō dederat receptuꝝ. Ut humana fūt moztu⁹ ē: filiū habet: reliquit hęredē: Ignozat filī⁹ q̄d pater habuerit: quid tibi cōmēdauerit. Eia tu redi: redi p̄ Esa.46.
uaricator ad cor: ibi scripta est lex: qō tibi non vis fieri: alij ne feceris. Teipm cogita cōmēdasse: nulli tuoꝝ dixisse: moztuū esse: filiū reliqsse: Quid ei vel les a tuo amico p̄stari: Rūde: Judica causam: iudi cis tribunal est ī mēte tua: sedet ibi de⁹: Adest accu satrix ꝓscientia: tozoz: timoz. In reb⁹ humanis es: in

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-264/0239
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG